

# PETRI RAMI SCHOLA- RUM MATHEMATICARUM

LIB. XXV. DE IRRATIONALIVM

*rectarum descriptione.*



Tque hæc numeratio est irrationalium, geometria dicatur é gene-  
ribus irrationalium rectarum.

Si recta est symmetra irrationali, est irrationalis ejusdem speciei

é 23.66.67.68.69.70 p 10.

Irrationalis est media inter rationalem & irrationalem. Ideoque  
potest oblongum extremarum, & contra quadratum mediæ æqua-  
tur oblongo extremarum.

Media autem dicatur dux irrationalis tertiæ, & tertia irrationalis comes mediæ.

Si recta sit proportionalis inter datam irrationalem & rationalem, erit media  
dissimilis datæ é 115 p 10.

Mediæ innumerabiles & dissimiles oriuntur á media.

Irrationalis est simplex aut composita.

Simplex est media inter duas simplices rationales vi-  
tantum symmetras é 21 p 10. ut 1120 inter 2 & latus 5.  
quod é figura clarius est.

Atqui simplex irrationalis antiquæ authoritatis privi-  
legio media appellatur, mediæque quadratum medium & ei æquale oblongum  
medium. Tametsi in elementis quodlibet irrationale medium dicitur.

Triangulum æquilaterum lateris rationalis est irrationale. Camp. 12 p 14.

Oblongum comprehensum á rationalibus, vi tantum  
symmetris est irrationale 21 p 10.

Oblongum comprehensum á mediis, re symmetris est  
medium 24 p 10.

Hic enim oblongum 132 per thesim & 1 p 6 & 10 p 10  
est symmetrum quadrato 1128 medio, quia lateris me-  
dii. Ergo medium per 23 p 10.

Atque hæc de media, sequitur de composita generali-  
ter primum.

Irrationalis composita est recta irrationalis, quæ com-  
ponitur é duabus rectis re asymmetris.

Partes compositæ affirmatæ unico puncto dividun-  
tur é 43.44.45.46.47.48 p 10. Neque majus minusve majori minorive addi po-  
test, ut eadem componatur.

Negatæ

Itaque  
1120

2	4	1120
	13	5

	9	1128	3
		13	

11 128	32	1128
		118